

❧   ❧   ❧

---

illudque à duobus Theologis nostri Ordinis & Provinciæ jam sit revisum, approbatum, multumque comendatum, & omnia, quæ de Jure in Editione librorum sunt servanda, sint observata: tenore præsentium facultatem impertior, ut hoc Opusculum pro utilitate Tertiariorum publica, eorundemque perenni Gloria Typis mandari possit. Actum in Conventu nostro Campolyciano ad Beatissimam Virginem Auxiliatricem.

Die 26. Decembris 1723.

*Fr. Sebastianus Höfs,  
Mnr. Provincialis.*

---

### Approbatio Theologorum.

**J**ubente A. R. Patre P. Ministro provinciali, attente legi præsentem libellum, cui titulus: *Der Tertiarien Glory*, 2c. conscriptum à M. V. Patre Fr. Kiliano Kazenberger, Ord. S. P. N. Francisci, FFr. Min. Recoll. SS. Theologiæ Lectore Jubilato, nec non Almæ Provinciæ Argentinensis Dissinitore actuali, in qua nec minimum, quod vel Orthodoxæ fidei, vel bonis moribus repugnet, apprehendi, quin potius ad Christianam perfectionem virtutesque sectandas devotissimis meditationibus suaviter allicere, piis exhortationibus commovere, propositisque sanctorum hominum exemplis ad simile pertrahere conatur Fidelium mentes. Quare eundem libellum nedum lucis publicæ bene-





beneficio dignum, sed & omnibus Fidelibus, præprimis vero Tertiariis S. P. N. Francisci (quorum sempiternam *Gloriam*, æternamque salutem præcipue intendisse videtur zelosus libelli Auctor) quam impensius commendandum duxi. Ita censeo in Conventu nostro Passaviensi die 19 Mensis Novembris. Anno 1723.

*Fr. Benejamin Elbel, ejusdem Ordinis & Provinciae, in præfato Conventu p. t. SS. Theologiae Lector Ordinarius.*

**D**E mandato Admodum R. P. Ministri Provincialis ea, qua par est, attentione relegi Opusculum hoc, cujus inscriptio; *Der Tertiarien Glory*, à Multum V. P. F. Kiliano Kazenberger Ordinis FF. Minorum Recollectorum Provinciae Argentinae SS. Theologiae Lectore Jubilato, & Diffinitore actuali studiose collectum; cumque in eo nihil à recta fide bonisque moribus alienum repere rim, sed potius omnia tum in Majorem DEI, Cælitumque, præsertim ex Tertio Ordine S. P. Francisci *Gloriam*, tum in animarum præsertim Tertiariorum solatium, æternamque salutem congesta esse conspexerim, typo & luce publica dignissimum censeo, unaque spero fore utilissimum simul & gratissimum omnibus, qui tertio Ordini prædicti Seraphici Patriarchæ, à variis



❧   ❧   ❧

---

Pontificibus approbato, multisque gratiis donato, addicti sunt, quibus proin illud plurimum commendo. Ita sentio in Conventu nostro Passaviensi ad S. Annam 12. die Decembris, 1723.

*F. Gebhardus Umbhofer  
ejusdem Ordinis &  
Provinciae in praefato  
Conventu SS. Theolo-  
giae Lector Ordina-  
rius.*

---

### Censura Ordinarii.

**H**Oc Opusculum, cujus titulus *der Ter-  
tarien Glory*, ad utilitatem praesertim  
Tertiariorum conscriptum, omnino mere-  
tur, ut ope preli lucem publicam adspiciat.

Aug. Vind. 23. Mart. 1724.

*Franc. Joseph. de Handl,  
SS. Theol. Licent. Re-  
ver. & Seren. Princ.  
& Episc, August. Con-  
sil. Eccl. Major. Pæ-  
nit. & Lib. Censor. ac  
Insig. Eccl. ad S. Mau-  
rit. Canon. & Paroch.  
mpp.*

Der